



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Aduersarij sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

ecce diaboli destructio, sicut enim
fecit ultionem de omnibus iniuriis
quas faciebat diabolus sanctis. Da-
re coronam, ecce hominem beati-
ficatio, quæ in nouissimo die tam cor-
poris, quàm animæ simul erit.

*Aduersarij nostri sunt
quatuor.*

Primus est mundus. Quem
debemus uincere per fidem.
2. Io, 5. sicut dicit Io. Hæc est victo-
ria quæ uincit mūdum fides nostra
& huic uincenti debetur palma uic-
Apo. 4. toriæ. Sicut dicitur in Apoc. Uin-
centi dabo manna absconditum. Se-
cundus est diabolus, qui crudelis
1. Pet, 3 est aduersarius; de quo dicebat Pe-
trus. Sobrii estote, & uigilate quia
aduersarius uidetur diabolus tanq̃
leo rugiens &c. Hunc aduersarium
debemus uincere per pietatem pro-
ximi sicut Christus, sicuti docemur
Apo. 3. in Apoc. Vicit leo de tribu iuda. Ra-
dix Dauid: idest Christus qui mor-
tem nostrā moriendo destruxit, &
uitam resurgendo reparauit. De mil-
la nanque re sic uincitur, sicut de
misericordia. Huic debetur palma,
Apo. 4. sicut legimus. Qui uincit faciam

illum columnam in templo. &c.
 Tertius est caro, quam debemus
 vincere per continentiam. Sicut le-
 gemus apud Ioannem. Ecce equus
 albus, & qui sedebat super eum uo-
 cabatur fidelis. Equus est corpus
 mundum. Vnde in euangelio admo-
 niti sumus. Sint lumbi uestri præ-
 cincti &c. Et huic debetur palma,
 sicut reperitur. Qui uincit sic, ue-
 fietur uestibus albis. Quartus est
 inobedientia, quem debemus uin-
 cere per obedientiam. Vnde pro-
 uerborum 21. dicitur. Vir obe-
 diens loquetur uictoriam. Huic de-
 betur uictoria, sicuti in Apocalipsi
 habemus. Qui uicerit dabo ei po-
 testatem super gentes, & reget eas
 in uirga ferrea.

Apo. 16.

Luc. 12

Apo. 3

Pro. 21

Apo. 3

*Adulatio uitanda est ratio-
 nibus quatuor.*

Prima est, quia docet hoc scri-
 ptura, ut in prouerbiis scri-
 ptum reperimus. Ne lactes
 quemquam labis tuis. &c. In Pro-
 uerb. quoque dicitur. Ante mor-
 tem ne lactes quemquam. Et Pau-
 lus adulationem abhorrens, ad The-
 salonicenses uiros dicebat, Neque

Pro. 24.

Pro. 24.

1. Th. 3.